

INCIPIT DICTA SANCTI AUGUSTINI
DE DISCIPLINA XPIANORUM

Locutus est ad nos sermo modicus & de promptu est
ad exhortationem nostram. dicente scriptura
Accipite disciplinam in domo disciplinae
Disciplina ad discendo dicta est. Disciplina
domus est ecclesiae xPIi. Quid ergo hic discitur
uel quare discitur. Quid discunt. a quod discunt.
Discitur bene uiuere; propter hoc discitur
bene uiuere. ut perueniatur ad semper
uiuere; Dicunt xPIiani docet xPIs; primo
ergo quid sit bene uiuere. deinde quae sit
merces bonae uitae; Tertio quis sint ueri
xPIiani. Quarto quis sit uerus magister;
pauca loquentibus nobis. sicut dominus donat
audire dignemini; Omnes in domo
disciplinae sumus. sed multi nolunt habere
disciplinam; & quod est peruersius.
nec in domo disciplinae uolunt habere